ter docui.Secũda quidẽ.e.ſolã.ut doceo doces.Tertia uero producta.i.
quarta duas.e.&.i.ut redeo redis redii:& munio munis munii.
¶ Bo terminata primæ ſi ſint baui faciẽt ſpecie perfecta:ut libo libas liba- Sorbui
ui.Tertiæ uero correptæ pſi.ut nubo nubis nupſi.aut bui.ut ſorbeo ſor- Sorbſi
bes ſorbui:q̃uis & ſorpſi lectum ſit.
¶ Co priæ ſi ſint caui faciẽt ſpecie pfecta.ut ſicco ſiccas ſiccaui. dico di-
cas dicaui. Vergilius. Propriaq; dicabo:aut cui.ut mico micas micui.
Tertiæ uero correptæ aut ci.ut uinco uincis uici:aut xi:ut dico dicis di-
xi.duco ducis duxi.aut ui.ut creſco creſcis creui.& paſco paſcis paui.
aut nui.ut ſeneſco ſeneſcis ſenui.
¶ Do priæ ſi ſint:aut di faciẽt in ſpe pfecta.ut do das dedi.aut daui . ut
laudo laudas laudaui.Tertiæ uero correptæ aut didi.ut addo addis ad- Cedo
didi.credo credis credidi:aut ſi ut cedo cedis ceſſi.aut cidi ut cado cadis Cedite
cecidi.nã cedo qđ ſignificat da ſine uerbi toti9ſuba ſolũ repiẽ nũero ſin Salue
gulari cedo:nũero pl̃i cedite.ſic Plau.& ãtiq comediographi:ſic ſalue ſal Saluete
uete ſaluẽ.nã qđ Plau.i truculẽto uõ ſalueo irridẽter poſuit p pſõa ruſtici. Saluere
¶ Fo non inueni. Salueo

Tergo
Tergeo

¶ Go primæ gaui facit.ut Rogo rogas rogaui. Tertiæ uero correptæ: aut xi reddit:ut pingo pingis pinxi. Sugo ſugis ſuxi:aut ſi ut tergo tergis terſi. Lectū eſt & tergeo.unde in Vergilio utrāq; declinationē indifferēter inuenimus:& ſpicula lucida tergūt:a tergo tergis:a tergeo terges tergent.& uergo uerſi facit.aut gi.ut tango tetigi & in principio ſyllabā adiecit.ut pūgo pupugi.pango pepigi. Quidā pepigi defectiuū tēpore putant eſſe.ut odi noui memini:alii pñtis:alii pterīti æſtimant.

Incoho nō inchoo.
Pulcher
Orchus
Lurcho
Reboo

¶ Ho primæ eſt haui facit.ut incoho incohas incohaui qdā putant inchoare dici iperitiſſime.nā neq; poſt.c.lrām.h.latina uerba regūt.exceptis nominib⁹ tribus quæ ſupra poſui.pulcher orchus lurcho.neq;.o.lrā ante.o.alterū latinoꝝ uerboꝝ prima pſona reperit.ſed illæ tres uocales quas ante docui.e.i.u.nā nec.a.nec.o. igit qđ Plautus poſuit reboo non latine ſed græce poſuit Βοω Βοασ. unde deriuatiuū reboo reboas.Nam latinum uerbū.o.ante.o.habens nunq̄ reperit. Tertiæ uero cōiugationis correptæ uerba ho terminata xi faciunt ſpecie perfecta traho trahis traxi.ueho uehis uexi.

Verbū latinū.o.añ.o. habēs non inuenit.
K. lrǣ ptās & uſus.
Inſtituta Artium Probi.
Kamenæ
Kaleo

¶ Ko nō inuenit uerbū hac ſyllaba terminatū.rōnabiliter.nā.k.lrā non ſcribit niſi ante.a.lrām in principiis nominū:uel uerboꝝ conſequentis ſyllabæ & cōſonans principiū fit:ſicut inſtitutis artium hoc eſt in libro primo monſtraui.kamenæ kaleo kareo:& ſiqua talia.

Tollo
Tuli

¶ Lo primæ ſi ſint laui faciēt:cælo cælaui. Tertiæ uero correptæ: aut lui:ut excello excellis excellui:aut li:ut tollo ſuſtollo ſuſtuli.de utroq; uerbo.nam tuli ab eo uenit:quod eſt fero tuli.

Domo domui.

¶ Mo primæ aut maui facit.ut amo amaui.clamo clamaui.aut mui.ut domo domui. Tertiæ uero correptæ. aut pſi. ut ſumo ſumpſi.aut mui.ut tremo tremis tremui.

¶ No priæ naui facit.ſano ſanas ſanaui. Tertiæ uero correptæ ni ſʒ ī pricipio ſyllaba addita cano canis cecini.aut ui cerno cernis creui ſino ſiui.

¶ Po priæ paui fac:ut ſtipo ſtipas ſtipaui.tertiæ uero pi rūpo rūpis rupi.

Q.lrǣ ptās & uſus.

¶ Q.hæc lrā ideo nō inuenit regens uerbum quoniam nullam lrām antecedere poteſt niſi.u.& aliquam uocalem cum ea antecedentem functam.unde ſupra cum de uocalibus antecedentibus.o.lrām tractauimus poſuimus relinquo relinquis reliqui.

¶ Ro priæ raui facit.oro oras oraui. Tertiæ uero correptæ aut ui ut ſero ſeris ſeui aut ſiui.ut quæro q̄ris q̄ſiui.aut rui.ut inſero inſeris inſerui.

Creui

¶ So primæ ſaui pterito facit.penſo pēſas penſaui. Tertiæ uero ui quæſo quæſiui. Tale eſt cerno creſco creui.

Flexui.

¶ To primæ taui facit muto mutas mutaui. Tertiæ uero ſi mitto mittis miſi.aut ti ut uerto uertis uerti.aut ui. ut ſterto ſtertis ſtertui. Perſius poſtq̄ deſtertuit eſſe. Si.c.ante to habuerit prima uerbi perſona. Prima coniugatio ctaui facit in ſpecie pfecta.macto mactas mactaui. Tertia uero correpta xui.necto nectis nexui.flecto flectis flexui.

Xo primæ

¶ Xo primæ xaui faciet Elixo elixas elixaui:aut xui enixo enixas enixui. Tertiæ uero xui.ut Nexo nexis nexui.

¶ Q uoniã ſicut arbitror ſufficiẽter tractauimus de uerbis.o.lr̃a terminatis.ueniamus ad ea quæ or ſyllaba terminantur.

¶ Or ſyllaba terminata ſiue pura ſiue uocali uel cõſonante præcedente: ſi primæ ſint cõiugatiõis uel ſecundæ:uel tertiæ ꝓductæ.i.quartæ ante nouiſſimam literam ſecundæ perſonæ actiuitatis ri ſyllaba accipientia facient ſecũdam perſonam paſſiuitatis:ut Amo amas amor amaris. Doceo doces doceor doceris. Munio munis.munior muniris.

Verba Or ſyllaba terminata. Actiuitas Paſſiuitas.

¶ Tertiæ uero correptæ.i.lr̃am in.e.correptã mutat:& ſic cũ.e.ri ante.s. accipit:ut Lego legis & legor legeris:& ſiqua talia. Tẽpus aũt perfectũ facient oẽs coniugatiões participio maſculino tẽporis ꝑteriti addita ſum ſyllaba hic amatus.amatus ſũ.hic doctus doctus ſum.hic ſcriptus ſcriptus ſum.hic munitus.munitus ſum.fit autem participium tẽporis præteriti generis maſculini ex ſecunda perſona actiuitatis.in prima quidem cõiugatiõe & tertia ꝓducta.i.quarta:accepta ſyllaba tu ante nouiſſimam lr̃am.s.ut amo amas.hic amatus.Munio munis hic munitus.In ſecũda uero & tertia correpta pereunte.e.lr̃a penultima ſecũdæ perſonæ actiuitatis & tu ante.s.poſita.ut doceo doces hic doctus.dico dicis hic dict9 aut pereũtibus duab9lr̃is penultimis:& tu ante nouiſſimã lr̃am.s.ut necto nectis.nect9ſũ:q̃uis poſteriores ꝑ.c.&.t.x.poſuerũt nexus ſum.

Præteriti perfecti tp̃s uñ formatur in uerbis in or. Participium tpis ꝑteriti uñ formet.

Nectus Nexus

¶ Imperatiuus modus paſſiuitatis re ſyllaba addita ĩperatiuo actiuitatis fiet.ut ama amare.doce docere.ſcribe ſcribere.muni munire.De hac tamen ratione & de modo infinitiuo:plenius inſtitutis artium:hoc eſt in libro primo docuimus.Illorũ uero uerborũ.ideſt.r.terminatoꝝ & nõ uenientium ab.o.lr̃a ſpecies perfecta notet̃ de participio tẽporis ꝑteriti.

Imperatiu9 in uerbis in or exeũtib9 unde fiat. Inſtituta artium Probi.

¶ De Structura.

Voniam de diſſyllabis & triſyllabis necnon & quattuor ſyllabaꝝ in p̃rio docuimus libro. De nominũ uero uerborumq; ratione in hoc:conſequens arbitratus ſum de terminationibus placẽtibus noſtro tempore paucis admodum demonſtrare.quas multi credunt metro debere cõſtare:quorum opinioni nõ libenter conſentimus. Quoniam & Tullius & cæteri oratores monoſyllabo ſtruxere uerbo.cum una ſyllaba metrum non ſit.

¶ Eſt aũt ſtructura uerboꝝ cõpoſitio dcã a ſtruẽdo.i.cõponẽdo uñ ſtructuræ cõpoſitões alicui9rei dñr.hæ q̃uis ĩ oĩ orõne ſeruari debeãt: tñ maxime ĩ uerbis duob9nouiſſimo & penultio ſũt delectabiliter cõponẽdæ.

Structura q̃

¶ Antiq qdẽ oratores ĩ qb9maxĩe Tulli9:nunq̃ neceſſariis ſenſib9 ꝑpoſuerũt orõnis ſtructurã.ſed magis forti & graui cõpoſitiõe quã molliter uel laxe dicere maluerũt.ut cũ haberẽt occaſionẽ ſic ſtruẽdi quẽadmodum noſtri tẽporis hoĩes delectant̃:tanq̃ de induſtria uſi ſunt ſtructura

forti potiuſq̄ delectāti ſicut exēplis Tullianis breuiter ꝓbare poterimus.

Clauſula monoſyllabo terminata

¶ Quod in primis eſt noſtro tēpore uitioſum: Tullius nō dubitauit uerbo monoſyllabo finire ſtructurā: ut eſt ab iſtius petulātia cōſeruare non licitū eſt: quæ cū is ciuitatib9. G. Verri cōmunicata ſūt: & (id qđ populus Romanus iā flagitat) extructa atq; deleta ſint. hæ cōpoſitiōes mutatæ facient noſtri tēporis ſtructuras: ſic ex tribracho & ditrochæo. Ab iſtius petulātia nō eſt licitū conſeruare. ex trochæo & dactylo. Quæ ſūt igit̄ Verri cū is ciuitatibus cōmunicata. ex ditrochæo & bacchio a lōga: id qđ populus Romanus iā diu flagitat extincta ſint atq; deleta.

Structura diſſyllaba

¶ Diſſyllaba ſtructura quæ nō ualde quibuſdā placet: antiquos uiros uehementiſſime delectabat. eſt enī fortis admodū uitanſq; etiā noſtri tēporis barbariſmū ſi nō fuerit ſpondæo uel trochæo poſt dactylū finita: ut primus ab oris: & in quo meā uoluntatē. P. R. ꝑſpicere poſſit. Sic enī uerſum heroici metri faciēt: quæ ſola uerſificatio eſt oratoribus deuitanda. Nam ſi omnem fugere uoluerint tacebunt. Quoniam nulla oratio ſine metro conſtat.

Hexametri fine clauſula uitioſa

Clauſula triſyllaba

Barbariſm9 in clauſulis

¶ Triſyllaba ſtructura noſtro tēpore caute ponenda eſt. ne aut uerſum heroicū faciat ex trochæo cōpoſita & bacchio a breui: ut capta fuiſſent: aut (ut q̄buſdā placet) barbariſmū: ſi ex ſpōdæo uel iābo uel quouis pede cuius ſit nouiſſima ſyllaba natura lōga: cōponat̄ ex aliquo uerbo triſyllabo qui poſitus bene ſonet. nā ſi plauſibilis nō fuerit barbariſmū nr̄i tēporis uitās: nec ſtructurā faciet nobis placētem: & illud (inter multa alia) Tullianū ſentētia ſua liberauerant. & cuius ego cauſa laboro.

Clauſula q̄tuor ſyllabarum.

¶ Quattuor ſyllabarū ſtructura ſic uitabit noſtri tēporis barbariſmū: ſicut diſſyllaba. quāuis multi nō ſapiēter & in tali cōpoſitiōe barbariſmos eſſe dixerūt: ſi penultimū uerbū habeat nouiſſimā ſyllabā natura lōgam ut ad meā capſam admiſero: & induſtriæq; meæ cōtenderē. Ergo ſi nos ad huiuſmodi ſtructuras aliqua neceſſitas detulerit poterimus repræhēdentes īperitiſſimos cōprobare: ſi noſtrū noſmet officiū fecerimus corripientes ſyllabas breues: & ꝓducentes lōgas: cauſa laboro ſa ꝓducentes. capſas admiſero as ꝓducentes. in iſtis enī tantūmodo ſyllabis (ſi correpta fuerint) erit barbariſmus: nō in tota cōpoſitiōe ſtructuræ. capſas admiſero. quoniā barbariſmus una p̄te ōronis fit: pluribꝰ nunq̄. Nā ſi hoc ita eſſet nō in tātā doctrina latuiſſet: ut eā Tullius ignoraret: uel tm̄ potuiſſet ut eā poſt illū & multos ante Tulliū: nr̄is tp̄ibus noſceret̄: quorū obſcurā peritiā deuitare ꝯſtitui illoꝝ nobiliſſima neglegētia decoratus.

¶ Nūc uero qm̄ docuimus: hæc quæ a nobis ſtultiſſime rep̄hēdunt̄ īdifferēter a prioribus poſita: ſtructuras nobis delectabiles cōponamus.

¶ Amphibrachus & moloſſus. probare deberes.

¶ Amphibrachus & bachius a longa. dolore deriſus.

¶ Anapæſtus & peon tertius. fieri potuiſſet.

¶ Anapæſtus & Ionicus minor. modicos coluerunt.

Antiſpaſtus

¶ Antiſpaſtus & moloſſus.cohæredem detraxit.
¶ Amphimacrus & Hippius ſecundus optime nauigaui.
¶ Bacchius a longa geminatus detrudit hæderem.
¶ Bacchius & moloſſus.cantare fecerunt.
¶ Bacchius a breui & Hippius ſecundus dolores detulerunt.
¶ Choriambus & hippius primus condidimus ſepulturam.
¶ Chorius.i.trochæus & bacchius a longa eſſe delectum.
¶ Trochæ9 & Peō terti9 faciēt illā ſtructurā Tullio peculiarē.eē uideaſ.
¶ Dactylus & ditrochæus.hoſpitibus temperare.
¶ Dactylus & Ionicus a minore omnia placuerunt.
¶ Ditrochæus & bacchius a longa uindicatur electus.
¶ Dactylus & pæon tertius curiam reuocare.
¶ Dactylus & diſpondius.lumina deponebant.
¶ Epitritus quartus & bacchius a longa deducentes abducunt.
¶ Epitritus quartus & moloſſus impellente deuinxit.
¶ Epitritus tertius & ditrochæus. Piratica liberaſſet.
¶ Et hippius tertius.i.tertius epitritus & hippius ſecūdus dilexerant cæpiones prædones uindicaſti.
¶ Ionicus maior & ionicus minor contagia diluerunt.
¶ Ionicus maior & ditrochæus depellere caſtitatem.
¶ Pæon primus & hippius quartus.decipere contendebant.
¶ Pæon ſecundus & diſpōdius pericula deuitaui.
¶ Trochæus & bacchius a longa ſume decretum.
¶ Tribrachus & ditrochæus. ceterem decanamus.Has quidem teptas cōponamus quæ poſſint auditores noſtri tēporis delectare.
¶ Amphimacrus & antiſpaſtus.maxime laborare & bacchius a longa: & pæon tertius pudentem exitum quæſiſſe uideaſ.
¶ Trochæus & bacchius a longa ſecuti eſſe percuſſum ſuis iſte uexaret ſtare non poſſe,proceleumaticus & ditrochæus. P.R.uolueris uindicare.
¶ Bacchius a longa & moloſſus cauſamq; cognouit.
¶ Trochæus & moloſſus ipſum delegit.
¶ Amphibracus & moloſſus.probare deberent.
¶ Antiſpaſtus & bacbius a longa uoluptate concedam.
¶ Choriambus & ditrochæus ingenio ſuſtinere.
¶ Dactylus & antiſpaſtus:corpore perhorreſco.
¶ Pæon & ditrochæus iudicium ſuſtinebit.
¶ Bacchius a longa & moloſſus ſuſcriptor addaſ.
¶ Diiambus & Hippius ſecundus iniuriis cōmoueri.
¶ Tribrachus & hippius quartus.cuius quæſtor fueris accuſare.
¶ Dactylus & hippius quartus procellam temporis deuitare.
¶ Iambus & ditrochæus.diu machinatur.
¶ Choriambus & pæon tertius compoſuit rationem: ſed ut breuiſſime

de ſtructuris delectantibus doceamus. obſeruandum eſt ne aut uerſum heroici metri faciam9:aut in natura lōga ſyllaba penultimo uerbo termi nato triſyllabo finiam9.cæteris pœne oib9auditorē poſſum9delectare.

Clauſulæ ui tioſæ.

¶Item alio modo.Compoſitio prima a Trochæo & moloſſo ut uadit armatus.a Trochæo & choriambo:ut magnos incutiens.

¶Ex trochæo & Ionico minore:ut uictas inceſſerat.

¶Ex trochæo & quinq; ſyllabis:quaꝝ tertia ſit lōga:ut ille repugnabilis.

¶Ex tribracho & hiſdem.compoſit.ii.

¶Ex amphimacro & ſpondio:ut dixerat magnus.

¶Ex amphimacro & anapæſto:ut maximus diffidus?

¶Ex amphimacro & dactylo:ut mulciber.ii.compoſitio tertia:ex ſpondæo & Pæone quarto:ut doceat facilitas.

¶Ex ſpondæo & bacchio:ut magno errore pulſus.

¶Ex ſpondæo & pæone ſecundo.ut ultus receſſerat.

¶Ex anapæſto & hiſdem.

¶Ex amphimacro & hiſdem.iii.& palimbacchio & ſpondæo.

¶Ex Palimbacchio & Anapæſto.

¶Ex palimbacchio & dactylo.

¶Ex pæone tertio & hiſdem.

¶Ex amphibracho & hiſdem.v.

¶Ex ſpondio & Iambo.

¶Ex ſpondio & tribracho.

¶Ex anapæſto & hiſdem.vi.

¶Ex ſpondio & iambo & ſpondæo.

¶Ex ſpondio iambo & dactylo.

¶Ex duobus iambis & ſpondio.

¶Ex duobus iambis & dactylo.

¶Ex diſſyllabo iambo:& in triſyllabis trochæo.

¶Ex trochæo ſeptimo.

¶Ex ſpondæo & epitrito ſecundo.

¶Ex ſpondæo & epitrito tertio.

¶Ex iambo & hiſdem primo.

¶Ex triſyllaba:& hiſdem octauo.

¶Ex ſpondæo &.v.ſyllabo:quarum duæ primæ breues ſint.

¶Ex ſpondæo &.v.ſyllabo:cuius ſecundæ breues ſint.

¶Ex iambo & hiſdem.

¶Ex triſyllabo & hiſdem.

¶Catholicorum Probi Finis.

¶ A. Ianus Parrhaſius: Ludouico Michaeli patricio Veneto. S. P. D.

CVm tuo noĩe futurus eſſes mihi ualde carꝰ: ut animi corpo
riſq; dotibꝰ adoleſcẽs ornatiſſimus: ac fr̄ uxoris Equ. & poe
tæ Comitiſq; clariſſimi Hieronymi Nogarolæ: cuius elegã
ti iucundaq; conſuetudine non parum delector: acceſſit eti
am cõmendatio minime uulgaris auunculorum tuoꝝ Fran
ciſci Donati Prætoris huius inclytæ ciuitatis integerrimi: quem propter
eximias eius uirtutes in obeundis legationibus exteri quoq; ſuſpiciunt:
ego aũt non ſecus ac aliquod auguſtũ numen obſeruo: uelut auctorem
publicæ ſecuritatis: unde maiorem fructum q̄ cæteri percipiunt manſue
tiorum muſarum profeſſores: eiuſq; patruelis Hieronymi Donati ſan
ctitate morum: dicendi copia: ac omnium diſciplinarum cognitiõe æta
tis noſtræ facile principis: ut qui pene ſolus utriuſq; linguæ ſapientiam:
cum ſumma nobilitate coniunxerit. Itaq; dum mecum cogitarem quo
pacto poſſes euadere dignus eorum neceſſitudine: qui tanto opere de
te laborant: ĩprimiſq; Petro parente tuo: optimo Senatore atq; in omni
uitæ colore terſiſſimo: uenit in mentem Cor. Frontonis opuſculum de
nominum uerborumq; differẽtiis ad te mittere: Phocæq; grãmatici bre
uiſſimam quidem: ſed auream de ſtatili nota præceptionem: quæ cum
Probi cõmentariis e poſtliminio mortis in lucem reuocauimus. ut inde
proprietatem latini ſermonis haurias & nitorem: quæ mirifico ſtudio
conſectaris. Ea ſi tibi grata fuiſſe cognouero: non patiar ut hoc in gene
re ſtudium meum deſideres. Adhibebis ad hæc Aloyſium Donatum.
Franciſci. F. hilaris & ameni ĩgenii puerum. Nam paulopoſt ipſe te ſuo
munuſculo: quod adhuc apud me ſub incude eſt: impartiet. Vale
& nos ama. Vicetiæ. viii. Eid. Febr.

¶ I. Antonius Cæſarius Ad lectorem.

Quæſieras fortaſſe diu diſcrimina uocum:
Nec fueras uoti compos Amice tui.
Perlege nunc igitur Frontonis opuſcula: quæ te
Multa quidem mira ſub breuitate docent.

¶ Cornelii Frontonis: De nominum uerborumq; differentiis.

Mars ultor

INTER Vltionem & uindictam. Vltio uindicat factum. Vindicatio futura prohibet. Ideo Mars ultor non uindex dicitur.

¶ Prædã & Rapinã. Præda uictos ſpoliat. Rapina ſubito uenit. Itaq; illa uictoria gaudet: hæc petulãtis.

¶ Cur & Quare. Cur ſimpliciter percontat̃. Quare cauſam rationemq; deſiderat.

¶ Delictum & Peccatum. qui deliquit non fecit quod facere debuit. Qui peccauit hoc fecit: ſed parum recte.

¶ Remedium & Medicamentum. Remedium ne periclitemur dat̃. Medicamentum ad ſubita pericula aptat̃. atq; ita Remedium ſubmouet imminentia. Medicamentum ſanat inſana.

¶ Flumẽ & Fluuiũ. Flumẽ idẽ fluit & manet. Flutius tẽporib9 ſiccatur.

¶ Corinthiũ & Corinthiacũ. Corinthiũ ciuẽ dicemus. Corinthiacũ uas.

¶ Roſeum & Roſaceum. Roſeum per ſe. Roſaceum mixtum.

¶ Fuſcum & Nigrum. Fuſco Album opponit̃. Nigro candidum.

¶ Pugnare Oppugnare & impugnare. Qui pugnat reſiſtit. Qui oppugnat obſeſſor eſt. Qui impugnat per omnia inimicus eſt. Itaq; pugnat exercitus. Oppugnant̃ uel caſtra uel urbes. Impugnant̃ inimici.

¶ Album & Candidum. Album natura fit: Candidum cura.

¶ Decus & Decorum. Decus honoris. Decor formæ.

¶ Pompei porticus & Pompeia & Pompeiana. Pompei ſi poſſidet. Pompeia ſi publicauit. Pompeiana ſi in alterius dominationem uenit.

¶ Satiatum & Saturatum. Satiatus uentris. Saturatus animi.

¶ Obiurgat eum cuius habet poteſtatem. Monet propter beneuolentiam. Admonet. ut confirmet memoriam. Summonet ut poſſit ordinate pronunciare. I git̃ in Obiurgante poteſtas. in Monente beneuolentia. in admonente memoria. in ſummouente officium.

¶ Anticum & Vetus. Anticum eſt quod exceſſit patrum memoriam. Vetus annorum multorum ſentit utilitatem. Vinum hoc melius eſt quo fit uetuſtum.

¶ Sartrix & Sarcinatrix. Sartrix q̃ ſarcit. Sarcinatrix q̃ ſarcinas ſeruat.

¶ Videre & Spectare & Intueri & Aſpicere & Cernere & Animaduertere. Videmus natura. Spectamus uoluntate. Intuemur cura. Aſpicimus ex improuiſo. Animaduertimus & Cernimus animo.

¶ Oſtentum & Portentum. & Monſtrum & Prodigium. Oſtentum quod præter cõſuetudinem offert̃. utputa ſi uideat̃ terra ardere uel Cælum uel mare. Portẽtum quod porro & diutius manet: futurumq; poſtmodum aliquid ſignificat. Monſtrum eſt contra naturam. ideſt Minotaurus. Prodigium quod mores faciũt: per quod detrimentũ expectat̃.

Itaq;

Itaq; qui pdigia faciunt pdigi uocant̃. In oſtento raritas admirationem facit. In Móſtro rectus ordo naturæ uincit̃. In portento differt̃ euentus. In prodigio detrimentum ſignificat̃.

¶ Turbã & Frequẽtiã. Anguſtus loc9 facit turbã: Frequẽtiã multitudo.

¶ Putant & ſuſpicantur. Qui putant omni genere errant. Qui ſuſpicantur aliquid præuident.

¶ Frater & Germanus. Frater aut ex alia matre: aut ex alio patre poteſt eſſe. Germanus ex iiſdem parentibus ſit neceſſe eſt.

¶ Sermo & Loquela. Sermo omnium gentium eſt. Loquela cuiuſq; gentis propria dialectos.

¶ Comes & Aſſecla & Sodalis & Cliens. Comes iter facit. Aſſecla ſequit̃ potẽtiorẽ. Sodalis adoleſcẽtiæ nomẽ eſt. Cliens iplorat opem & fidẽ. ita Comes tutus. Aſſecla officioſus. Sodalis amicus. Cliẽs ſũmiſſus.

¶ Cauſa & Ratio. Cauſa docet factum. Ratio ſoluit obſcura.

¶ Nomen & Vocabulum. Nomen proprium indicat. Vocabulum diffundit ſignificationem.

¶ Horret & Trepidat. Horret corpus. Trepidat motus animi.

¶ Quærere & Inquirere & Deſiderare. Quærimus diſciplinam. Inquirimus de quo dubitamus. Deſideramus uel qd' diligim9 uel qd' amiſimus.

¶ Temerarius & Audax. Temerarius qui ſine reſpectu ſalutis obiicit ſe periculis. Audax ſine ratione impetum facit. ergo audax non prouidet temerarius non timet.

¶ Longum & Longincum. Longum præuerbium eſt: Itaq; uerbum illi apponitur. Longincũ itineris eſt.

¶ Felix & Fortunatus. Felix ita natus eſt. Fortunatus cũ opibus nomen accipit. Ita Felix naturæ bonó fruit̃. Fortunatus cómodo temporis.

¶ Aeſtas & Aeſtus. Aeſtas eſt pars ãni. Aeſtus calor tpis. Aeſtus a nimio calore nomẽ accepit. Aeſtas nomen nó amittet ẽt ſi tẽperata eſt.

¶ Citius & Celerius. Citius ꝑuerbiũ qualitatis ꝓlatiuæ ſimile cognominis pro maturũ eſt etiã ſignificantiã hñs. ut iã feſſi ante tẽpus refacta: ut loquat̃ nó oſtẽdit qualitatis ſed tpis. At celeritas ſui tpis eſt perfecta.

¶ Simul & Vna. Simul locum demóſtrat. Vna cógregationem.

¶ Cominus: Iaculis. q; illud a manibus nó recedit. hoc e manib9 emittit̃.

¶ Parſi & Peperci. Parſi ſemel. Peperci ſæpius.

¶ Dicere & Loqui & Narrare. Dicimus quod uolumus. Loquimur inuicem. Narramus quod ignoratur.

¶ Vultus & Os. Vultus proprie hominis. Os omnium.

¶ Memorioſe & Memoriter. Memorioſus habet ad dicta factaq; referenda memoriã. Memor ꝑbeneficii memoriã uel iniuriæ refert. Ita memorioſe qui facit oſtendit in omni re naturæ bonum. Memoriter gratum uel fortem ex eo oſtendit: q; uel retribuit beneficium gratæ: aut iniuriam uindicat fortiter.

¶ Ordinare & Diſponere. Ordinatio ſimplex eſt. Diſpoſitio uaga.
¶ Conſideratius & cōſiderantius. Conſideratius præuerbium ex cognomine. Conſiderantius ex participio.
¶ Dedicatum & Conſecratum. Dedicatur deo. Cōſecrat quaſi ſanctū cōſtituitur. hoc eſt Dedicat deo. Cōſecratur quod ꝓphanū fit.
¶ Quatenus & Quatinus. Quatenus qua fini. Quatinus quoniam.
¶ Voluntatē & Voluptatē. Volūtas facto gaudet. Voluptas fieri cupit.
¶ Nouiſſimum & Vltimum. Nouiſſimū ordinis. Vltimum orbis.
¶ Furtim & Furaciter & Furtiue. Furtim cum incipit. Furaciter quaſi artificioſe a cōſuetudine inuolandi. Furtiue iā quod ablatum. ergo Furtim Furaciter Furax. Furtiue locus facit.
¶ Imum & Infimum. Imū ſūmo reſpōdet. Infimū ut infra humum.
¶ Commodare & Accommodare. Commodat mutuam pecuniam. Accommodat aptat.
¶ Splendorem & Fulgorem. Fulget natura ut ignis ſol. Splendet ut aurum argentum.
¶ Mereri & Merere. Meret pretium. Meretur gratiam. Itaq; illud uectigale: hoc honoratum eſt.
¶ Pedale & Pedule. Pedale menſura eſt pedis. Pedule uero ſub pedibus præſtat utilitatem.
¶ Araneum & Araneam. Araneum quod textū eſt. Aranea quæ texit.
¶ Opinionem & Rumorē & Famā. Opinio hominē ſuſpectū facit. Fama uel cōmendat uel deſtruit. Rumor indicat. Opinio oſtendit. Fama indicat. Rumor tumultuatur.
¶ Querimoniā & Querelā. Querimonia certæ rei eſt. Querela ſuperuacua eſt. Itaq; Prior grauitatis: Poſterior leuitatis eſt.
¶ Transfugam & Perfugam. Transfuga ſuos reliquit & ad alios uenit. Perfuga ſupplex eſt. ergo transfuga ut adiuuetur.
¶ Hunc & Iſtum & Illum & Eum. Hūc & Iſtum in proximo notāt. Illū oſtendit qdem lōge ſtantem ſed in cōſpectu. Eum abſentē refert.
Glorius ¶ Glorium & Glorioſum & Gloriatorem. Glorius unius eſt gloriæ. Gloriator non habet cauſam gloriandi: ſed tamen gloriatur. Glorioſus pluribus de cauſis eſſe cogitur.
¶ Abrogantem & Adrogantem. Adrogat aliquid ſibi etiā ſi nō meruit. Abrogat qui alii aufert uel qui legem tollit.
¶ Cōtinue & Cōtinuate. Cōtinue facimꝰ. Cōtinuate ſine intermiſſione.
¶ Externum & Alienum & Extraneū & Extrariū. Externꝰ eſt exteræ gentis. Alienus nullo loco ſed re differūt. Extraneus qui extra eādem ianuā eſt. Extrarius qui extra eandem aream eſt.
¶ Lucidum & Luminoſum. Lucidum eſt quod aperto cœlo lumen accipit. Luminoſum quod multis foraminibus illuminatur.
¶ Expertum & Experrectum. Expertus eſt aliquid: aut in bona parte aut in

te aut in mala. Experrectus de ſomno.

¶ Delubrum & Sacellum & Templum & Lucum & Fanum & Bidental. Delubrum in quo homines pericula ſua deluunt. Ponunt eni uel Pilum uel ſcutum uel alia plura ſuſcepta uotis. Sacellum paruulum ædificium diis conſecratum. Templum in loco augurato. Lucus locus fulmine ictus & arborum ſpiſſitate tectus. Fanum Fauno conſecratum. unde Fauni appellabantur prius: & illi qui uagabantur Fanatici. Bidental locus fulmine tactus & expiatus oue. Bidentes eni oues appellant.

¶ Occidere & Interficere & Perimere: & Iugulare & Necare. Interficere & perimere priſca ſunt. Occidere ob cædem dictum eſt. Iugulare ob iugulum. Necare a nece. Interficere a facto.

¶ Uirtutem & Fortitudinem & Vigorem & Velocitatem & Vehementiam. Virtus hominis ſummum bonum eſt quæ in oratione & in curſu poteſt uideri. Fortitudo uis corporis ad ſuſtinendos labores. Vigor animi habet elationem. Uelocitas Corporalis celeritas: quaſi uelocita. Vehementia a ui & impetu mentis.

¶ Facultatem & Facilitatem. Facultas locupletis. Facilitas artificis eſt. Itaq; diues facultatem habet multam uel emendi: uel redimendi. Artifex opera perficiendi facilitatem.

¶ Silere & Tacere. Silet cuius loquentis ſermo comprimit ab ipſa ſignificatione lræ. S. Tacet qui nec loqui quidem cœpit.

¶ Ignoſcere & Concedere. Ignoſcit q diſſimulat ſe noſſe qđ cōperit. & ita ſilentio peccata īpunita fecerit. cōcedit qui omnia peccata cōdonat.

¶ Habere & Poſſidere. Habere poteſt etiam fur nequam: poſſidet nemo: niſi qui aut relictæ aut donatæ reiaut emptæ dominus eſt. Ita in habente onus: in poſſidente uſus eſt.

¶ Munus & Donum. Munus quod amicus uel cliens uel libertus officii cauſa mittunt: uel munus gladiatorium. Donum quod diis datur. inde ubi dona ponunt donarium appellat. Poſſunt & illa nihilominus dona dici: quæ donant pauperibus diuites uel potentes. Illud quoq; donū putandum eſt quod militibus donatur in caſtris. ut Vallaris corona.

¶ Noxam & Noxiam. Noxa pœna eſt. Noxia culpa.

¶ Scientem & Scitum. Sciens qui ſcit. Scitus qui ſcit uel feſtiuus.

¶ Animantia & Animalia. Animantia animus facit. Animalia animam habent.

¶ Viſum & Viſitatum. Viſum ſemel. Viſitatum ſæpius ſcito eſſe.

¶ Abſpulſum & Repulſum. Abſpulſus eſt a quo pulſus. Repulſus retropulſus.

¶ Metum & Timorem & Fortitudinem & Pauorem. Metus motus eſt animi. Timor tumor. Formido fert interdum ratonē. Pauor puerilis eſt.

¶ Repperire. Inuenire. Repperimus noſtra: Inuenimus aliena.

¶ Videte & Videtote. Videte imperat. Videtote mandat.

¶ Proprium & Priuatum. Proprium cuiuſq; proprium. Priuatum non publicum.

¶ Onus & Sarcinam. Onus uehiculorum & maius eſt. ſarcina hoium.

¶ Sumere & Accipere. Sumimus q̄ poſita ſunt. Accipim9 q̄ porrigunt̃.

¶ Locupletem & Diuidẽ & Opulentum & Potentem & Beatum & Fortunatum & Pecunioſum. Locuples a copia locoꝝ. Diues quia di facultatem habet. Opulentus ab opibus. Potẽs qui quod uult poteſt. Fortunatus cui forte aliquid contigit. Beatus uero qui apud græcos μακάριοσ eſt. pecunioſus qui habet pecuniam uel pecora.

¶ Grandem & Magnum & Immanem. Grandem in cremento. Magnũ amplitudine. Immane præcipuæ amplitudinis.

¶ Poeticen & Poeſin & Poema & Poeticum. Poetice eſt rei ut hiſtorice. Poeſis operum contextus. Poema certis pedibus & legitimis incluſa materia. Poeticum in poeta utile eſt.

¶ Homonymiam & Synonymiam. Homonymia una uoce multa ſignificat. Synonymia multis uocibus idem teſtat̃.

¶ Clupeum & Clypeum. Clupeum armorum. Clypeum imaginis.

¶ Paruum & Breue & Exiguum & Puſillum. Paruum in tempore. Breue in ſpatio. Exiguum in corpore iſtantis. Puſillũ in corpore pumilionis.

¶ Inuolare & Subripere. Inuolat q in die uenit. Subripit clã ideſt furtiue.

¶ Speciem & Specialitatem & Specietatẽ. Species diuiſio eſt generis. Specialitas ficta eſt ab Antonio grãmatico. Specietas qualitatis.

¶ Præuerbium & Aduerbium. Præuerbium eſt eufimiõ. Aduerbium & Vitioſum & fictum eſt. tamen in uſu nunc eſt receptum.

¶ Compendium & Diſpendium & Dapnum & Detrimentum & Iacturam. Compendium undiq; ad pondus pertinet. Diſpendium detexitur in ponderibus. Damnum dat omnibus. Detrimentum uſu tritum. Iactura quod iacitur ex onere nauis.

¶ Aegrum & Aegrotum. Aeger animo. Aegrotus corpore.

¶ Altitudinem & Alimentum & Alimoniam. Altitudo incrementum eſt corporis. Alimentum incrementum infantis. Alimonia deriuatiuum ab alendi uia: quaſi particula animi.

¶ Aequale & Aequabile. Aeq̄lis alteri9ſtaturæ par. Aeq̄bile qđ æq̄ri põt.

¶ Inſcium & Neſcium. Inſcius aliquid neſcit. Neſcius nil nouit. alter in parte errat: alter in toto.

¶ Glaciẽ & Niuẽ. Glacies ẽ q̄ ex cõitu aq̄ ↄſtagnat. Nix uẽtoꝝ ritu cadit.

¶ Contrarium & Aduerſarium. Cõtrariũ negociũ. Aduerſarius homo.

¶ Gallum & Gallicum. Gallus natione. Gallicus ex gallia.

¶ Acuere & Exacuere præpoſitione diſtingunt̃.

¶ Incertum & Dubium. Incertum nec tempus nec numerum recipit. Dubium a duobus incipit.

¶ Ambulare & Inambulare. Ambulare ĩcipiũt ĩſãtes. Inambulãt hoĩes.

Modulari

¶ Modulari & Moderari. Modulari eſt carmen. Moderari eſt modum imponere.
¶ Barbaram locutionem & Barbariſmon. Barbara locutio proprie peregrina eſt. Barbariſmos fit etiam in latini ſermonis locutione:
¶ Cadere & Decidere. Cadit etiam in plano, decidit ex alto.
¶ Subſidium & Præſidium & Auxilium. Subſidium quod ſubeſt deficientibus. Præſidium imponitur. Auxilium repentinum eſt. Ita ſubſidium ad ſecundos caſus præparatur. Præſidium ad cuſtodiam collocatur. Auxilium ut proſit ex inſperato uenit.
¶ Diſtrahere & Deducere & Diuellere. Diſtrahere a trahēdo. Deducere a ducendo. Diuellere a uellendo.
¶ Corruptelam & corruptionem. Corruptela ipſa res eſt. Corruptio corrumpentis adminiſtratio.
¶ Cærulum & Cæruleum. Cærulus naturæ color eſt. Cæruleus naturā fingit. Ita alterum eſt, alterum fit.
¶ Properare & Feſtinare. Qui properat paret non eſſe feſſus. Qui Feſtinat uidetur eſſe defatigatus.
¶ Polire & Nouare. Polimus rudia. Nouamus uetera.
¶ Nobilem & Generoſum. Nobilem nobilitate reꝝ. Generoſus qui græce ευγενής appellaᵗ. Ita alter ex te alter ex cognatione eſt.
¶ Nationem & Gentem. Natio ſolum patriū quærit. Gens ſeriē maioꝝ.
¶ Præparare & Cōparare. Præparare prius. Cōparare undiq; parare.
¶ Guttam & Stillam. Gutta manet. Stilla cadit.
¶ Conuenire & Coire. Conuenit in unum. Coit in
¶ Cauſam & Patrocinium & Orationem. Cauſa eſt de qua agitur. Patrocinium quod accōmodatur. Oratio quæ loquitur.
¶ Superbiam & Arrogantiam. Superbia eſt ab ſuperhabendo. Arrogantia etiam in pauperem cadit.
¶ Scrutari & Quærere. Scrutatur in te ille qui intercipit aliqua ſecreta. Quærere duo ſignificat uel qđ abeſt uel qđ ad patrimoniū ptinet.
¶ Annuere & Innuere. Innuit uel capite uel ſupercilio. Annuit ad quod dictum. uel
¶ Gnatum & Natum. Gnatus. F. Natus pullus.
¶ Inſimulare & Simulare. Qui inſimulat uel arguit uel fingit. Qui ſimulat ꝓbare uult quod non eſt.
¶ Prœlium & Bellum. Bellum etiam ſine prœlio eſt: cum indicitur. Prœlium ipſa pugna.
¶ Diligentiam & Curam. Diligentia a diligendo ſingula. huic negligentia opponitur: nec recipit errorem. Cura animi eſt: quæ anxium facit hominem: & tam honeſtæ q̄ inhoneſtæ rei eſt.
¶ Regium & Regale. Regium qđ regis. Regale qđ rege dignum eſt.
¶ Erraticum & Erraticium. Erraticus & poteſt errare & ſolet. Erraticius

animus eſt qui ſolet errare & deſinit. Erratio enim animi eſt repentina commotio.

Errorem & Errationem. Error eſt rei uitium. ut amor dolor. Erratio incertæ uiæ.

Erratrix & Erratica. Erratrix per ſe rapta eſt. ut uenatrix. Erratica Hedera uitis.

Notare & Adnotare. Notat uel locum quis uel perſonam uel noxiã. Adnotat qui notæ quid adiicit.

Salubre & Salutare. Salubre ad locum refertur: & ad cibum. Salutare conſilium eſt. Ita Salubre non nocet. Salutare prodeſt conſilio.

Cõmittere & Credere. Cõmittimus conſilia. Credimus pecuniam.

Sub In

Sub & In. Sub nonnunq̃ pro clam ponitur. ut ſubripuit clam rapuit aut fere notat aliquid ſubditum. In aut Intus ſignificat aut nimis aut ualde: & Interdum pro non ponitur.

Claritatem & Claritudinem. Claritas tam luminis eſt q̃ preſpicuitatis. Claritudo generis. Prior itaq̃ ſplendoris poſterior nobilitatis eſt.

Viciniam & Vicinitatem. Vicinia uicorum coniunctio. Vicinitas hominum conuerſatio eſt.

Communionem & Cõmunitatem. Cõmunitas eſt communicandi uoluntas. Cõmunio undiq̃ munitio.

Fultionem & Fulturam. Fulcio dum fit. Fultura cum facta eſt.

Ieiunium & Ieiunitatem. Ieiunium dies eſt. Ieiunitas cibi abſtinentia.

Elinguem & Elinguatum. Elinguis habet linguam ſed uſu eius caret. Elinguatus amiſit.

Suſpicacem & Suſpicioſum. Suſpicax arguit. Suſpicioſus recipit.

Reſtiarius Reſtio

Reſtiarium Reſtionem. Reſtiarius qui facit. Reſtio qui uendit.

Auſterum & Seuerũ. Auſterus græca cõſuetudine. Seuer9 ſæuo.

Eloquentiam & Eloquium. Eloquentia perfecta uis orationis. Eloquiũ pars ſuppoſita cõmode eloquendi.

Seruitutem & Seruitium. Seruitus eſt ſub domino ſerui patientia. Seruitium facit.

Vituperationem & Culpationem. Vituperatio uitium parat. Culpatio a culpa incipit.

Nominare & Appellare. Nominatio nominat quem appellat. Appellatio appellantis uox eſt in miniſterio. & Appellat uel a potentiore propter iniuriam. ut inuocat auxiliũ magiſtratus. uel cũ pecuniam repoſcit.

Tris

Tris & Tres. Tris in accuſatiuo caſu. Tres in nominatiuo & uocatiuo.

Neceſſitatem & Neceſſitudinem. Neceſſitudo uel ſanguinis uel meritorum cum præceptoribus cum amicis. Neceſſitas immutabilis res eſt. ut mori neceſſitatis eſt.

Serum & Sero. Serum ad negotiũ pertinet. Sero ad tẽpus.

Decus & Gloriã. Decus eſt inſtrũ cuiuſq̃. Gloria q̃ſi honoris merces.

Honorem

¶ Honorem & laudem: honor dignitatis cōſumatio uel priuatim uel publice. laus ſecūda exiſtimatio recte factorum.

¶ Familiare & Familiarium. Familiare ad dominum non refertur: cum amici familiares ſint. Familiarium quod ſeruo cōpetit: ut ſagum gladiū.

¶ Offectorē & infectorē. Infector colorē mutat. Offector officio obeſt.

¶ Certum & Verum. Certum recipit præpoſitionem & fit incertum. Certum uel pondus uel rei pretiū. Verū opponitur falſo.

¶ Figuram & Formam. Figura artis eſt opus. Forma naturæ bonum. unde etiam formoſus dicitur.

¶ Ignominiam & Infamiam. Ignominia imponitur ab eo qui poteſt animaduerſione innotare. Infamia ex multorum ſermone naſcitur.

¶ Nullum & Neminem. Nullus eſt tam in re q̄ in perſona. Nemo in perſona dicitur. ideſt nemo homo.

¶ Iratum & Iracundum. Iratus ex offenſa eſt. Iracundus natura.

¶ Periculum & Perniciem. Periculū cōtra necem timetur pernicies.

¶ Omnes & Cunctos & Vniuerſos. Omnes nullum excipit. ut omnes homines. Ita & res. Cuncti itaq; in pſonarū numero nominātur priſco dicti uerbo. Vniuerſi in unam ſententiā conuerſi dicēdi qd ſiue faciēdi.

¶ Feroces & Feros. Feroces animo. Feri leones cæteriq; ſimiles.

¶ Auferre & Eripe & Adimere. Aufert q dedit. Adimit īperio coact9. Eripit q plus ualet. Itaq; auferre poſſum9. Adimere iubemur. Eripe ualem9

¶ Studium & Diſciplinam. Studium animi eſt. Diſciplina artis.

¶ Incohare & Incipere. Incohat q īcertū facit. Incipit cuius exitū ſperat.

¶ Bonum & Commodum. Bonus opponitur malo. quam aliis uſu Cōmodus aliis neceſſario uriq; prodeſt.

¶ Decentem & Formoſum. Decens in geſtu eſt & motu corporis. Formoſus ab excellenti ſpecie dicitur.

¶ Decorem & Speciē. Decor cōis eſt omniū. is facit decētiā ſpeciei. Species ꝓpria eſt cuiuſq;. Itaq; decor in habitu eſt. Species in membris.

¶ Litem & Controuerſiam. Lis naſcitur. Pertinacia efficit Controuerſiam. Et litigant homines. Res in controuerſiam deducitur. Ita contrauerſia partus eſt. Lis ſummæ.

¶ Rixam & Pugnā. Rixa ſine armis eſt & habet defenſionē. Pugna legem habet uel naturalē uel moralē: aut enī paleſtrans exhibet uirtutē uel armis per ſumma uitæ pericula dimicat.

¶ Occulte & Clam. Occulte latent: clam cælant. Alteri non prodere: alteri Cælare naturali habitu ineſt.

¶ Nauum & Celerem. Nauus a præcipuo nauis curſu dicitur: uel alterius cauſa natus: qui ſtudet per officium ſuum. Et recipit comparationem ſuperlationemq;. quia cognomen eſt. Ita nauus operam nauat alteri. Celer ut ſuam remiſſa alterius quoq; celeriter perficit.

¶ Agilem & Strenuum & Fortem: Agilem actio facit. Strenuum mo-

tus.Fortem corpus.
¶ Contumeliam & Iniuriam. Contumeliam inferunt. Iniuriam patiunt.
¶ Spectacula & Spectamenta. Spectacula loca ſunt unde ſpectamus Spectamenta quæ ſpectantur.
Paſtores ſerui ¶ Paſcentia & Pabulantia. Paſcentia ſunt quæ ex ſe paſcuntur:ut prata & paſcentia mancipia quia paſcuntur:ideo etiam paſtores uocantur. Pabulantia uero quæ iis utuntur:ut iumenta.
¶ Voluentia & Volubilia. Voluentia q̃ uoluunt. Volubilia q̃ uoluunt.
¶ Animum & Animam. Animus qualitas uiuẽtis. Anima cauſa uitæ.
¶ Materiam & Materiem. Materies animi eſt. Materia arboris. Et Materies qualitas ingenii. Materia fabris apta.
¶ Hebeſcit & Hebeteſcit. Hebeſcit quod natura obſtupeſcit. Hebeteſcit quod amittit aciem.
¶ Da & Cedo. Cedo ſibi poſcit & ẽ imobile. Dat q nõ finite facit datũ
¶ Fidelem & Fidum. Fidelis fit.
✠ ¶ Laudem & Laudationem. Laus facti inſtrumentum eſt. Laudatio uero eſt rerum geſtarum relatio.
¶ Fere & Aliquando & Nonnunq̃. Fere futurum ſignificat. Aliquando & Nonnunq̃ quod intermittere non patitur.
¶ Aptum & Utile & Idoneum. Aptum loco uenit & tempore: quod habet ſuam materiã. Vtile fecit uti prudentis literæ. Idoneum ut amicum per conſilia dicimus:ut ſeruum in uſu hominis.
¶ Saxum & lapidem. Saxum naturale. Lapis qui ex ſaxo cæſus eſt.
¶ Certationem & Certamen. Certatio eſt adminiſtrantium. Certamen operis.
¶ Victimam & Hoſtiam. Victima maior eſt. Hoſtia minor.

¶ Expliciunt Cor. Frontonis Fragmenta de differentiis nominum & uerborum. ✠

¶ Phocæ grãmatici de aſpiratione.

Ph. OMnia nomina græca in capite ſuo φ literã habentia in medio loco cũ p & aſpiratõe adiũcta ſcribunt apud latinos. ut phœbꝰ ephebꝰ. ¶ Oĩa noĩa græca ſimiliter. υ. lr̃am in principio ſuo habentia præpoſita aſpiratione ſcribentur. ut
Hy. υακινθοσ hyacinthꝰ
Rh. υδρα hydra υπανισ hypanis. ¶ Omnia nomina græca in prima ſyllaba ρ literam habentia uocali poſt ipſam ρ aſpiratur. ut ρηνοσ rhenus. exceptis duobus
Remus
Romulus Remus & Romulus
Hir. ¶ Omnia nomina latina quæ it ſyllabam in principio ſuo habent:præpoſita aſpiratiõe ſcribi ſignificamus:ut hirſutus hircus hirpinus. ¶ Omnia nomina græca ab eo quod eſt ιπποσ græce dictam aſpirationem
Hippolytꝰ præpoſitam ſimiliter habent in ſcriptura:ut ιππολυτοσ Hippolytus ιπποταδησ hippotades. Si hoc in medio nominis loco fuerit iſta

ſyllaba

ſyllaba tum caret aſpiratione. ut φιλιπποσ Philippus αρίστιπ- Hic.
ποσ Ariſtippus. ¶ Omne pronomen articulare præpoſita aſpiratio- O. pnomẽ
ne ſcribi notamus. ut hic & hæc & hoc. Excepto uocatiuo. Si autem articulate
compoſita fuerint Daſian amittunt. ut iſtic iſtac iſtuc. Similiter enim
& omne aduerbium ex articulari pronomine deductum aſpiratur. ut hic Iſtic
huc hinc hac. In compoſitione hæc Daſian amittunt. ut illic illac Illic
illuc. ſolum uero adhuc & adhoc ſimplicium ſuorum ſcripturam ſer- Adhuc
uauerunt ideſt Daſian habent in compoſitione. ¶ Omnia nomina adhoc
græca uel latina e uocalem productam in principio ſuo habentia præ-
poſita aſpiratione ſcribentur græcum. ut ηρακλησ Heracles lati- Heracles
num. ut here heri. unde heſternus dictum eſt. ¶ Omnia nomina Here
græca initiata ſyllaba ισ . & . τ . litera ſtatim ſubſecuta Daſia præ po-
ſita proferuntur. ut Hiſtrio deſignatum eſt pronomen iſte. ¶ Om- Hiſtrio
nia nomina græca uel latina quorum er ſyllaba principium obtinet ſe-
quente ſtatim . μ . & . ν . aut . σ . litera cum aſpiratione ſcribi præ-
poſita notamus. ut ερμησ Hermes ερνοσ Hernus. Hercules.
¶ Omnia ſimiliter o incohata in duas conſonantes. R R. poſt ipſam Hermes
uocalem habentia propoſita aſpiratione erunt pronuncianda: ut Hor- Hercules
ror. ¶ Omnia nomina græca e uocalem breuem in prima ſyllaba ob- Horror
ſeruantia ſtatim e litera ueniente aſpiratur. ut helenus helymus. Excipi- Elis
tur unum elis elidis quod nomen eſt urbis & eliſſa & elephas ſimiliter. Eliſſa
¶ Omnia quæ es uel is uel os habentia fuerint ſyllabas & poſtea p li- Elephas
teram ſubſecutam ea cum aſpiratione præpoſita ſcribentur: ut heſperus
hiſpidus hoſpes. ¶ Omnia græca nomina ſi a litera fuerint incipien-
tia uel e uocalis ſubſecuta præpoſita aſpiratione ſcribas. ut & latina ſi-
militer. ut hiems deſignatum eſt iecur. ideo ꝙ i conſonantis uim ex-
plet in iſto nomine. ¶ Omnia quæ. o. uocalem in ſuo initio habebunt. Iecur
& poſtea. M. ſemiuocalem aſpirationem præpoſitam capiunt in ſcri-
ptura. ut homo. deſignatum eſt omen. ¶ Omnia quæ poſt on ſemi-
uocalem habent ſimiliter aſpirantur. ut honorius honos. deſignatum
eſt onus. ¶ Omnia quæ poſt a uocalem in principio nominis loca- Onus
tam. R. unam conſonantem habentia fuerint. R. eam aſpirant. ut hare-
na haruſpex. Excipiuntur ara ariſta & græca arion aratus. ¶ Omnia Haruſpex
quæ poſt or. T. mutam habent Daſian præpoſitam capiunt. ut horten-
ſius horror deſignatũ eſt ortus. H. diſcretionis cauſa amittit ꝑpter hor-
tus. ¶ Omnia nomina græca poſt e uocalem c mutam habentia aſpi- Hortus
rantur. ut hector. ¶ Omnia nomina latina poſt i uocalem b mutam Ortus
habentia aſpiratione præpoſite proferunt̃ ut hibernus hiberus. deſigna
tum eſt ibi aduerbium. ¶ Omnia quæ a uerbo habeo deriuantur ea cũ
aſpiratione præpoſita ſcribentur ut habitus. Similiter & compoſita ꝓ- Prohibeo
hibeo. ¶ Omnia quæ quæ poſt er ſyllabam b mutam ſequentem ha-
bent ea cum aſpiratione antecedente proferũtur: ut herba.

Pſila quid

¶ De Pſila ideſt Inaſpiratione.

Omnia nomina quæ poſt uocalem i literam habent Daſian negant. ut Ilium ilex. Excipiuntur hilatus & hilerda. ¶ Omnia quæ poſt or ſyllabam d moram habent ignorant aſpirationem. ut ordo deſignatum eſt hordeũ. ¶ Omnia quæ ia fuerint habẽtia: carẽt aſpiratione. ut Ianus. deſignatum eſt hiatus. ¶ Omnia ſimiliter poſt i cõſonantem. u. uocalem habentia pſilen amauerunt. ut iuno. nam hiulcus ab eo quod hiatus: de quo ſupradictum eſt: deducitur. ¶ Omnia quæ au diphthongon in prima ſyllaba habebunt Daſian reſpuerunt: ut audax: deſignatum eſt haud. unde hauſcio compoſitum ſimplicis habebit ſcripturã. nam aſpiratur. aduerbium autem diſcretionis cauſa Daſian habet præpoſitam: ut ne coniunctio fuerit ueluti legimus. aut portum tenet. ¶ Omnia quæ in prima ſyllaba eu diphthõgon locatam habebũt catent aſpiratione: ut Euandrus. Excipitur interiectio heu & heus cõpoſitum. ¶ Omnia quæ poſt a uocalem. m. habẽt: pſilen ſolũ in ſcriptura habere ſolent: ut amicus. excipitur hamus: & nomen propriũ hambo.

¶ Phocæ Grammaticæ de orthographia finit.

¶ Antonius Luſcus Iunior Vicetinus lectori. S. P. D.

Cum mihi Parrhaſiꝰ iniũxiſſet officiũ recognoſcẽdi quas impreſſorũ negligẽtia mẽdas iis effudit operibus: oſtẽdi quædã quæ tumultuariũ lectorẽ remorari potuiſſent: ea ſubiiciẽda curauimus: ipſe. tibi ſine criminis nota tuũ codicẽ caſtigato. quãdo nemo tã Lynceus inuentus unq̃ ſit: quin eius acumẽ aliqua non effugerint: utq; facilius hoc impetremus adiecimus Indicem rerũ cognitu dignarũ. Vale.

¶ Pagina tertia cætteriſue ſyllabis finiunt: emẽda finiũt. Itẽ Mnaſylus in antro. Mnaſylos. Cãpꝰ ager gemiꝰ. aget. iiii. p chaonũ pẽs portꝰ. corrige maris portꝰ. arbutꝰ ho. horrida. ſũmusq; ad. p. a. ſũmas. parrhaſio. Parrhaſio. Cauſus. caſus. noĩatiui accuſatiuũ. uocatiuũ. ntũs. actũs. uctũs. poſtea iis ſyllabis. us. V. Cycladas. cyclades. vii. nõ facilꝰ. eradẽda negatio nõ. ix. ceruicis amatæ amare. x. quæ admodũ. quẽadmodũ. xi. en age. Eia age. xii. ſup lõgã. ſemp. cõiũct. exẽpla: exẽplũ. xv. & arboris malo. arbore mali. uobis pnomẽ. uobiſcũ. xvii. ſõniq; ſpares. pares. O. terminãt, terminat. xix. tomo tomonis. uide ne potiꝰ temo. nã põi ciuitas temi declinatur. po ſyllaba. polyſyllaba. xx. in margine Vizzo. uizo. ſi. i i. terminaretſi. i. xx. in margine. ſiler flu. corrige frutex. xxii. belenor helpenor. ſoruris ſororis. xxiii. abaris. abãtis. puberes aut ĩterſecit ait. xxiiii. nõ. a. añ a n. caſtiga nõ ante. a. n. hñs. xxv. excipit tis. unũ tis hæc mimas ſi. martial. emẽda cucumis huiꝰ cucumeris & cucumis martial. maſculio gñe. i quo nec cucumis iacẽ rectꝰ. xxvi. eqs eqtis. eq̃s. quos qs. quos quus. xxxi. potis. poſitis. ſorpſi, ſorbſi. xxxii. id qđ. p. t. emẽda id qđ. p. t. Iãdiu efflagitat extincta atq; deleta ſit. xxxiii. hæderẽ hæredẽ ſuus iſte. ſus. xxxvi. poſſidẽte uſus ius eſt. ſortitudinem & pauorẽ formidinẽ Euſimiõ. Euphemũ.

¶ Expliciunt Inſtituta artium & Catholica Probi Corneliiq;
Frontonis De nominum uerborumq; differentiis unicus
& aureus libellus. Itemq; Phocæ grāmatici de aſpira
tione præceptio nondum publicata. Veicetiæ
xii. Februarii. M.D.ix. Per Henricum &
Ioannē Mariam eius. F. Librarios.

✠ ✠ ✠

¶ CVM PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE